

per sisset quisquam coram te, omni longitudine temporis vita tua: lumen tecum habitat, non desituet te. Septuag. Non despiciet te homo, ne ignave formider. Chald. Non deseram, neque elongabo te.

ADINATON EXEGETICUM.

- Epilog. 1 Non dimittet, neque derelinquet. Quis non deserit, si dimittit? Amor, ut eius eluceat fulgor: equidem cum magis praesens, quo absens, crevit pectoris flamma fomite absentia.
2 Dominus non dimittet, neque derelinquet te; quia Dominus. Etsi deficiat panis, persistat fides: igitur qui confidit providentiae coeli, non relinquetur vel dimissus, sine pane.
3 Non dimittet, neque derelinquet. Vera exponitur fides pectoris, ne ingratis habeatur fides: equidem cum benefactorem deserant, antequam derelinquant; duntaxat illum comitantur, ut noceant.
4 Non dimittet, neque derelinquet. Pa-

ret Dei vera amicitia, & hominis falsa: ubi maior coniunctio, maior desertio: quandoquidem expectatus amicus obstrictus gratijs, in afflicti subsidio occurrit hostis.
5 Non dimittet, neque derelinquet. Adest protectio confidentibus in Domino: tunc magis iuvantur, quam derelicti videntur: igitur dimittit in arctiora pericula, ut cedat illis ex periculis victoria.
6 Non dimittet, nec derelinquet. Relinquit Dominus animam actuali peccato: dimittit originali delicto: Virginemque Deus nec reliquit, nec dimisit; quippe nec labem originariam contraxit.

DIDASCALIA PRIMA.

Iosephi amoris momenta tam cogitatio, quam fuga:

Annulus pronubus Virginis.
Laur.
Bian inf.
Plin.
Sil. Ital.
Phil.
UT caelestis coniugij esset in terris indiculus, caelestis ex onychina vel amethysto praeparatur annulus. Hinc de pronubo Virginis-Marris, qui Perusia servatur, dicit Ioannes Baptista Laurus: Multis videtur flos erumpens e calyce iam repando: alij refert binos flores semiclusos, binosve oculos. Aptè in figura oculari exponitur cum Virgine similitudo Iosephi caelesti desponsatione: igitur si de oculis dicitur, Duo unus, unus duo, alter ipse; claret conditio in Virginis & Iosephi conditione caelesti: equidem uti in oculis, qui unum viderit, alterum ex coniugibus proculdubio cognoscet. Iam visum quod desiderabat Plinius in margaricis, quibus maior societas coeli, quam maris: Haud promptis rebus (inquit lib. 9. cap. 35.) in tantum, ut nulli duo reperiantur indisereti. Promptum est. Nulla discretio, ubi omnimoda similitudo: in Iosephi venit simillimam cognitionem, quifquis cognoverit Virginem. Error erit felix anima, dum signis ratio, Geminaque notis decepta figura. Casit Sil. Italicus lib. 2. de Bel. Punie. v. 640. Natura (ait Philo libell. de Temulent.) saepe eodem usa charactere penè indiscretas similitudines expressit. Quod gra-

to errore natura, in Sponsis hifce fecit abundantissima gratia: igitur per gratiam insignem Virginis, Iosephi similes cognoscenda perfectiones. Hinc etiam flores refert annulus, quasi adaequationis specimen. Quis enim in floribus eiusdem generis vidit discrimen? Flos de radice Virginis ascendit. In Iosepho etiam virga Iesse floruit: fulsitque in utroque pretiosa similitudo: dum super utrumque Dei restoruit sanctificatio.
2 Deficientne flos erumpens e calyce? Deficiet utroque virgine? Nullo modo. Annulum viduatum gemma Picinel. 15. de Mund. symb. cap. 3. num. 13. sculpsit cum lemmate: Praestantius abest. Filius est gemma coniugum, signatorum per annulum: nec praestantius absuit, quum amor utrumque iunxit: equidem si uterque in connubio virgo, flos filius venit e caelo. Sic Deus implevit, quod promiserat. Sponsa bo te in fide, & scies quia ego Dominus. Aliae virgines non desponsantur in fide, sed in carne. Fit in fide desponsatio, quando uterque coniux virgo: praesentiaque Dei promittitur, ubi sicine matrimonium celebratur; quippe Filius de Caelo Deus homo apparuit, ne, quod praestantius, abesset. Christi generatio sic erat. Non Christi, ni-

Flor decalo, ubi uterque virgo. Picinel.

Osee. 2. 20.

Matth. 1. 28

fuisse sic: equidem si aeterna a Patre tantum sine genitrice, temporalis in virgine sine patre: addito Sponso Iosepho, ut in fide solum esset desponsatio, & coniugum excellens similitudo: etenim de Virgine flore natus, cuius matris Iosephus erat Sponsus.

Unde felicitas Iosephus

Ovid.

Felix & nato, felix & coniuge.

Ioann. 17. 22.

Videor mihi videre in Sponsis, quam charitatis formam Christus optaverat in discipulis. Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Pater & Filius duo sunt, & simul unum; equidem in eadem natura, quilibet distincta persona. Unum duo; quippe duae personae in eadem consubstantialitate essentiae. Alter ipse, quoniam et si hypostasis utriusque altera, utriusque essentia individua. Claritas haec dicitur dilectio a Maldonato hic: igitur visum in Virgine ac Sponso per dilectionis gratiam, quod habent Filius & Genitor per naturam. Hinc dum Virgo videtur, Ioseph oculis exponitur: etenim etsi personae distinctae, discretae animae secundum naturae speciem, erant unum per amorem. Retorqueatur Profanus in nobile propositum, qui Panegy. Probin. & Olybr. v. 197. accinit: Talem nulla refert antiquis pagina libris, Nec Latia occidere tuba, ne Graeca vetustas: Coniuge digna Probo: nam tantum caetibus restat

Ille, & Virgo unum per amorem.

Claudian.

Femineis, quantum supereminet ille maritos. Verum quomodo unum cor, si volat amor, cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph? Inventa est habens in utero de Spiritu-Sancto. Qualis tunc Iosephi propositio? Voluit occultè dimittere, haec autem eo cogitante. Iam avertitur ratio ab amore, eo cogitante; quippe cogitatio pignus mentis. Etiam amor defecit, ubi dilectam dimittere voluit, exprimens in iniuria volitionis, remissionem voluntatis. Quomodo cordis conformitas, si refugunt & cogitatio & voluntas? Quanam amoris flamma non sopita? Quanam cordis indissimilis forma; & fugace voluntate, & saucia cogitatione?

Matth. 1. 19 20.

Deuter. 31. 6.

Respondet Tautologia. Nolite timere, nec paveatis: non dimittet, neque derelinquet. Quidni, si cogitat? Quoniam sic diligit, ut vel averse cogitet. Quippini, si vult dimittere sic? Non dimittere, quippe vult. Non amoris est fastidium, sed incendium: astruentibus amorem intensissimum Iosephi, per quae deficere videbatur ab amore. Percurramus singula, ut clareat flamma; & simul quod zelotypia &

absentia, amoris non sint obstacula. Zelotypia percussum pectus ardefcit; & quia uritur amor similiter alget, confictio atria ex nive & flamma: & admixta salis cogitatio ab igne refilit, quae formata fuit ab igne. Rumpitur pectus, ut ostendat cordis vulnus, ita affectum conditione, quod exulceretur medicamine.

Nec flammis superant unda: sparsisque per aquor iam ratibus, fragmenta ferus sibi vendicat ignis.

Amor Iosephi, per quae defecit videtur ab amore.

Lucan.

Effectus Zelotypiae.

Adinstar lauri haudquaquam silet, dum ardet: quandoquidem si percussione exaltuat, illico tactum sicut cythara sonat. Mentis est alienatio, cogitamins commotio, ita valens; ut cogitans & secum extra se maneat, quin esse sui secum nequaquam indulgeat: quandoquidem per cruciamen etiam ipsam praefocet cogitationem. Iosephus mentis sic fluctuat aitu? Nullo modo. Haec autem eo cogitante. Minime effectus zelotypiae, sed philanthropiae. Ex zelotypia commotio, ita ut amittatur ratio: ex philanthropia maior ignis, equidem vehementia amoris: patetque amoris flagrantissimi intensio, ubi perseverabat cogitatio. Canit Iuvenus lib. 1. Evangel. hist. a. v. 160.

Non in Iosepho zelotypia, sed philanthropia.

Interea Maria Sponso miracula mentem sollicitant, manifesta uteri quod pondera vidit,

Iuvenus

Et secum volvit. Quid secum volvit, si videt? Quod videt, secum cogitando volvit, & magis amat, dum visa cogitat; quippe quam non cogitat dedecora, sed miracula. Non poterat accusare innocentem, nec excusare pregnantem: ait Chryolog. Serm. 175. Quomodo frigeret amoris flamma, si fulgebant innocentia? Pregnantem non excusabat, sed non minus diligebar: & miracula anxius cogitat; haudquaquam quia non diligit, sed quia non intelligit. Cogitatio semper sequitur amorem, quippe non permittit aberrare mentem: praesentiae flamma intensioris insigne, haec Iosepho cogitante; quoniam etsi praegnavit Virgo, semper haerebat ibi de innocentia cogitatio.

Chryologus

Mysterium quod videt cogitat, quia non excusabat.

5 Pepigi foedus cum oculis meis, ut me cogitarem quidem de Virgine: dicebat Iob. Aliter prudens statuit Ioseph, Eo cogitante de Virgine. Quomodo Iosephus in Virginis cogitationem incumbit, & Iobus de Virgine vel cogitationem refugit? Hic nec videre vult, quod cogitet; ille cogitat, quod videt. Aptè. Inerat magnum discrimen inter utriusque cogitationem.

Iob. 31. 1.

Iobus nequibat videre signa pręgnantis, sine irreparabili damno pudoris: unde necessarię cogitaturus crimen, modę videret pręgnantem. Iosephi oculis occurrunt miracula; libatę nequaquam virginittatis dedecora. Iobus feminam pręgnantem non valebat excusare nocentem. Iosephus non poterat accusare innocentem, etsi videret pręgnantem: & secum prudenter voluit, quod videt, & cogitans non intelligit; quippe Virginem, estę pręgnantem videbat, semper immaculatam cogitabat. Non oriebat anxietas ex ignorantia amoris in corde, sed ex nescientia humana debilis intelligentię; quę cupiebat scire gratię miracula, queis repugnabat naturę: cęlumque statim revelat, dum ille cogitat; ut intelligat quam apta cogitatio, dum cogitatur ab illo Sponfa mater & virgo. *Eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit.* Gratiam illic ignorabat, naturam cognoscebat; sed cogitabat, quod ultra naturam operari quiret gratia; ut claresceret mirabilia, quę natura non viderat, & gratia efficere poterat, nimirum, illud promissum in lege, de Virgine-Matre: & dum cogitat prodigium, apparet Angelus ut indicet factum; quippequam, Iosephi Sponfa Maria, mentem solummodo quibant sollicitare miracula. Aptius proposito. Vidit Iosephus Virginem pręgnantem, & cogitat innocentem. Non innocentis quibat esse cogitatio, ni fęctus esset ę cęlo, quo gauderet auctoritate mentis, & simul honore Virginis. Hoc miraculum pectus Sponsi non anxietate, sed exultatione sollicitat: siquidem pręgnante Virgine cogitat; an se cęlum sic constitisset felicem, quod Sponfam haberet Virginem Matrem. Excellentem pręcognoverat, ac cognoscebat Sponfam; sed ignorabat, quam per illam adipisceretur excellentiam; quippe etsi sciret futurum miraculum, se ministrari arbitratum indignum, & dum hęc cogitare Iosephus, apparet ę cęlis Angelus; ut presentia miracula aspicat, quę pręgnante Sponfa Virgine Iosephus pręcogitaverat: equidem dum illa constituitur simul Mater Verbi Dei, & Virgo; ille illius Sponsus desinat ę cęlo.

*Non animo templum violasse potentis Venerat in mentem: non ullis facibus unquam*

*Oblinere insignes titulos, nomenque decorę. Perperam amor ę pectore excidere quibat, quando solummodo amore miracula cogitabat.*

ę In signum felicitatis Virginis dilectę

*Cogitatione Iosephi, manifestas servata Virginis.*

*Ubi sup.*

*Cogitat que non intelligit.*

*An cogitatio de Virgine, vel de sua ex Virgine sollicitate.*

*Soul.*

ęti Sponsi, occurrit origo felicitatis Petri. Interrogatis discipulis ę Servatore N. quam apud illos sui pręvaleret affirmatio; Petrus alioquit singulari cognitione: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Eructavit verbum bonum, quod fecutum spectabile pręmium: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cęlis est.* Quare ex huiusmodi diffinitione Apollolus Petrus ita felix & beatus? Quia si ex visis diffinitionis forma, alius cognitio elevata pręter visa. *Corporea superans, & humana transcendens, vidit mentis oculis Filium Dei vivi, & confessus est gloriam Deitatis; quia non ad solam respect substantiam carnis & sanguinis. Tantum in hac fidei sublimitate complacuit, ut beatitudinis felicitate donatus:* inquit Leo Pap. Homil. in *Transfigur.* Oculis objiciebatur humana forma: ę Petro vel illa visa cogitabatur alia: felixque prę cęntis dicitur, ubi Christus Dei vivi Filius exponitur; quoniam minime assensus iuxta quę viderat, sed iuxta quę cogitaverat. Viderat oculis hominem sicut unum ę cęteris: & minime cogitat quę obiecta oculis; quoniam non humana superaret cogitatio, ni Christum visum signaret tanquam conceptum ę cęlo.

7 Pater Petro filium revelat, ut mundus Petri diffinitione cognoscat. Caro oculi (quam vidit) & nihilominus ę cęlo conceptum vel in carne revelavit: felixque Petrus plauditur, dum in carne Filius Dei vivi cognoscitur; quippe solum intendit in quę cognitio, minime ut exponerent sanguis & caro. Caro aliter dicebat; & erraret si diceret iuxta quę viderat. Oculi discernunt hominem, intellectus divinam maiestatem. Cęlum revelat; ut Petrus illum, quem videt, cognoscat. Caro & sanguis speciem hominis exponit oculis; ut solummodo agnoscat obiecta species: & extollit mirę confessione Petrus, ubi filius Dei ab eo declaratur. Christus; quoniam pro cognitione minime attendit in visum, sed duntaxat in conceptum, pręter ę cęlo revelatum. Tunc confessus gloriam Deitatis, refugiens speciem obiectam oculis, beatitudine ac intellectus sublimitate donatus, ubi supra cęnta elevatus intellectus: igitur cognovit mundus ex eius diffinitione, quod in carne hominis esset, quod nunquam visum in carne. Intellectus intelligit per ea quę videt. Contra sublimitatem intellectus militabant in Petro oculorum species. Pugnat oculus, repugnat intellectus; Petrusque beatus; quippe

*Math. 16. 17.*

*Leo Pap.*

*Sublimitate Petri, ex eo quod Filium Dei fateretur in carne.*

*Eius sublimitas intellectus de gloria Deitatis.*

pe

pequam ut Christum declararet Patris celestis filium, ę cęlo conceptum, abdidit econtrę pugnant oculorum testimonium. In Christo ultra quę viderat, cogitat: cęlumque mysterium iuxta cogitata revelat; exclusę oculorum fide, quę sine fide ad cognitionem Verbi: Petrusque fidem exprimens, Christum hominem videns, summam obtinet felicitatem; quia non credit iuxta oculorum lumen, sed iuxta sublimiorem oculis cogitationem. Vernaculę: *Attendit al conceptio celestis que formę; & non ę lo que per los ojos manifestamente ę.* Ex vi veritatis pręrupit Petrus in illustrem prolationem: & obtinuit in mundo, quam nunquam cogitaverat felicitatem: equidem etsi filium Dei in carne cognoverat; prę humilitate ignorabat, factę confessione, in terris esse posse vicarium Deitatis. *Beatus es.* Amplioris beatitudinis, quippe ę te ut beatus non cognosceris: etenim cognoscis revelationem mysterium, & te non agnoscis cognitione dignum.

8 Fulgurat gloria Iosephi, ubi tandę sine pacto oculorum cogitat de Virgine, veneraturque mysterium ultra fidem oculorum. Caro & sanguis non vident fecunditatem, virgittatis comitem: felixque Iosephus sublimi cogitatione; quippe ad mysterij fidem non acquievit carni & sanguini. Corporea superans & humana transcendens, vidit mentis oculis contra oculos carnis, filium Dei vivi in Virgine-Matre: & gloriam Deitatis confessus, factus felix & beatus; quoniam cogitans in carne sublimiorem fidem, in mysterio profertur fecundam virgittatem. Inventa est Maria desponsata Iosepho, in utero habens de Spiritu-Sancto. Ni de Spiritu-Sancto fecunditas, non illam carnis comitareretur virgittas. Aliter decernit carnis & sanguinis constitutio, nisi miraculo: miraculum cogitabat contra quę viderat, & solum vider quę cogitat: etenim ne Sponfam vel cogitatione laderet, & quod dignum Virgine iudicaret; Dei vivi fateretur filium, in Virginis alvo tantum de cęlo conceptum. Quomodo poterat aberrare cogitatio; de Spiritu-Sancto habens in utero inventa Virgo ę Iosepho? Perfectio est summa, propter humilitatem, propriam ignorare perfectionem. Apex gratię, Dei Mater esse, ex qua perfectio sublimior Sponsi: & Iosephus dum felix coniugio, micat beator; quippe in ipsa gratia magnis meritis excelior, ubi electus in Sponsum, sese cogitat indignum.

*Eius humilitate.*

*Iosephus cognovit ultra que vidit.*

*Math. 1. 18.*

*Quomodo invenit quod non cognovit.*

9 De eadem materia conversatio Angeli cum Maria. *Eccc (ait) concipies in utero, & paries filium.* Quomodo fiet istud (respondit illa) quoniam virum non cognosco? In hoc mysterium istud fiet, quoniam non cognoscis virum. Concipies Deum pariter & hominem, illibatam custodiens virgittatem; in quo istud miraculum: si virum cognosceres, esset miraculum, sed non esset istud: igitur insigne & novum, cum habueris genitricis excellentiam, & virgittalem custodieris pudicitiam. *Eccc ancilla Domini:* respondit Virgo. Urget mentem, cur auditio mysterio, Maria cogitabat, qualis esset ista saluatio. Quid cogitat? Quod credebatur; sed de se minime cogitat. Sciebat Filium Dei venturum in carne: incarnationem illo in articulo cogitabat mente. Sciebat matrem habiturum feminam, cui collarum virgittatis gratiam; & auditis verbis quibus Angelus salutat, salutationem Virgo virgittatum cogitat; quippe licet promissam feminam crederet matrem & virginem; non cognovit, quod ipsa eligeret in matrem. Ideo dicit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Ab illa electio ignoratur, dum Filius Dei in carne mater eligitur: & de se citra Verbi Dei incarnationem interrogat; dum incarnationem ac promissionem cogitat: igitur de viro non interrogaret, si se electam in matrem Verbi cognosceret: sciebat enim quod concipiens ę cęlo, futura proculdubio mater & Virgo.

10 Altruit Elisabeth. *Beata (inquit) que credidisti, quoniam perficientur ea, que dicta sunt tibi ę Domino.* Fides laudatur Virginis, electę ę Deo in dignitate matris. Non plauditur collarę dignitate, sed fide? Unde maius encomium? Perfectio in Virgine magnum; quod se Verbi genitricem crederet, dum se indignam tanti muneris cognovit. Observa *ly Tibi.* Insignis atque singularis saluatio, qua tanta tibi pericienda dicta ę Domino: dicitque merito *Tibi*, ubi sermo de tanta dignitate; quoniam insigne, dum dicta sibi ę Domino cogitaret, quod sibi, & sibi sibi ę Domino dicta crederet. Non cogitabat salutationem, sed salutationis qualitatem. *Cogitabat qualis esset ista saluatio.* Saluatio magna, sed quorsum ista? In Filij Dei signandam maternitatem: plaudique Elisabetha Virginis fidem; quippe credit sibi concessam gratiam, quę pro dignitate tanta minime credebatur sibi. *Ignoras te, ę pulcherrima inter mulieres.* Amplior

*Luc. 1. 31. 34.*

*Marie excellentiam, ternitas virginis.*

*Verf. 38.*

*Verf. 29.*

*Et perfectio Virginis ex nescientia perfectionis.*

*Verf. 45.*

*Eius humilitas quantal.*

*Cant. 1. 8.*

Luc. 1. 38

Super se elevata se subicit infra se

Cladian.

Absentia no-verca amoris.

Chrysolog.

Ovid.

Ioann. 13. 1

Luc. 22. 41. 44. Egred fert amant.

prior pulchritudinis venustas, eò quod te pulcherrimam ignoras. Ecce ancilla, dicis. Quid loqueris? Cogitas qualis sit ista salutatio? Tua quanta excellentia & magnitudo? Cogitas humilitatem, sed te non cogitas, ubi tua super Angelos statuitur maiestas: equidem te in reginam, & Verbi genitricem electam, coram Angelis fervis vocas ancillam. Vide dicta Tautolog. 2. D. 5. à 19. 9. Quod contigit Mariæ circa incarnationem Verbi, Iosepho occurrit circa cognitam dignitatem Sponsæ. Apodous omnia, ne protrahatur plus solito Didascalia. His signis amor Iosephi adinstar ardentis rubi sponte crematur. Uritur, sed non exurit: uti phoenix in cordis rogo sine morte renascitur: igitur quam medullitus diligit.

Vitali fulgore ferit. 11 Lapis alius Lydius probabit amoris pondus: nimirum, corporis (quid si mentis?) absentia, qua in auras evanescit amoris flamma. Absentia, no-verca amoris, imò pellex: quandoquidem iam expulit voluntatem, qui in consortio coniugij fugit confortem. Ut palma amor sine conjugate arefcit: ut ignis sine fomite elanguet: corque naufragatur inter cogitatum fluctus, quos tantum placat aspectus. Amor quod amat, non potest non videre: inquit Chrysolog. Serm. 147. Non amor esset, si posset. Mutuò se respiciant corda, sicut Sol & lumine Solis Luna; unde resultat amoris splendor ex foco pectoris, sine quo defectus Lunæ, Solisque labores: equidem vel luminarium eclipsis necessaria, si inter utrumque interiaceat modò terra. Quare 1. Trist. Eleg. 3. vers. 63. Ethnicus canit:

Uxor in æternum vobis mibi vobis negatur. Igitur absentia in cruciamen amantium ita ingeniosa; ut mors videatur amoris in sepulchro vivi pectoris. Diligebat Christus Dominus, & venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Magnum tormentum absentia in pectore amantis, cum indicetur illa nomine mortis. Etiam factus in agonia, discipulorum absentia. Avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. Exprimitur coactus, ubi dicitur avulsus: etenim absentia dolores vividè non possunt dici, præter quam sudore sanguinis. Si hæc discrimina tanquam ex equo Troiano procedunt artificio absentia; qua lege amabit Iosephus volens Sponsam dimittere?

12 Delicabit Tautologia in Iosepho fidem pectoris.

Tu quoque si causam fugitivi quaris amoris.

Noli timere, ne paveas: Non dimittes neque derelinquet. Quomodo derelinquet, si dimittere non audeat? Exprimit articulum phrasim. Non dimittes, neque derelinquet. Quorsum ergo geminationis pleonasmus? Ut fugã amantis exprimat affectus. Dimittendo relinquit, cuius pectus amplectitur fastidium. Dimittendo non relinquit, qui in amore sollicitat obsequium: equidem cum in absentia, amoris percrestat flamma, quoniam fuga est amantis & non amoris: constat sanè quòd Iosephus; vel medullitus amabat, dum Sponsam dimittendo, in fuga non relinquebat. Sponsa in Canticis exprimit similitudinem, & fuga Iosephi in affectu divisionem. De Sponso dicit: Ille declinaverat, atque transierat. Dimittendo relinquit, quippe transiens amoris declinavit. In declinatione notatur amoris deliquium: in transitu aspectus oculorum: & in Iosepho etiam meditata fugã, amoris exaltnat flamma, quippe vel dum decernitur transitus, nec declinavit affectus. Perpende emphaticum Ille. Quisnam? Sponsus, non amor: etenim Sponsus transierat; sed amor non declinaverat. Prodit acumen pro huiusmodi articulo, Octavij Strada peracuta cogitatio. Pinxit Tom. 1. Symbol. trutinam cum æquipondio: Hispanicaque epigraphe: A mas distantia, mas peso. Eò validior, quò remotior. Signat pondera maiora maior distantia; quippe gravitas pendet à centri fuga, onere nimis aucto, quò magis removetur à centro. Centrum amoris Iosephi erat Sponsa: intenditur fuga, ut crescat amoris flamma: igitur quò ab illa longior Iosephus, in statera dilectionis eò magis premebat pondus. Longè à voluntate dimissio, cum Iosephus esset longè. Voluit occultè dimittere. Non facile occultare quibat, quo flagrabat. Quis unquam valuit occultare ignem, vel suppressere amorem? Quid signaret presentia, si dicit fuga? Voluit dimittere, verum sine amoris dimissione. Voluit dimittere, & magis amor inhaesit: igitur virginem dimittere non valuit, quavis voluit. Ille fugitivus est, sed non amor fugitivus, quem reuicit pectus: quandoquidem in amoris vehementioris specimen, sollicitat anxius fugitivum amorem; quoniam intensior pectoris flamma tantum videtur ex amantis fuga.

Strada Centrum amoris Sponsa si Virgo genitrix.

13 Fortis est ut mors dilectio: dicebat Sponsus, id est, dilectio si fortis &

Ovid.

Deut. 31. 6

Fuga amantis quomodo demonstratio amoris?

Cant. 5. 4

Strada

Centrum amoris Sponsa si Virgo genitrix.

Math. 1. 19

Cant. 8. 6

Ocho. Ven.

Idem.

August.

Vehementior amoris flamma que rutilat in absentia.

Idem.

Absentia amoris rutilat in mor-

Psal. 9. 12

Amor Iosephi vivit, vel in morte amoris.

vehemens sit, est ut mors. Serò probatur amor, qui morte probatur: dixit Otho Vanius Emblem. Amor. ult. Cur ergo si flagrans, confertur morti: dum amor quò intensior, similis vita? Amor in morte perit: unde ille ibid.

Nam mea cum vita flamma sepulta iacet. Si vita extremorum unio, ac mors horum separatio: amor similis vita, qui stat & emicat in unione. Quare igitur mors amoris erit emblemata, si cordis nonnunquam vitalis flamma? Quia fortis. Est similis vita sanè dilectio communis; attamen morti, si dilectio vehementis. Sicut mors animam avellit à sensibus: inquit August. Epist. 39. Astruitur namque amor nimis, ubi nisi in amorem non habet sensus: etenim cordis comprobatur fides, si totum amor, & totum amoris, noviliore vitelem nanciscens motum, dum in sensibus vivens ad sensus nec habet sensum. Vitalis spiritus cum vita in corpora venit; in morte fugit. In vita per nexum præfens, per mortem penitus absens, & morti confertur amor: ut notescat quali incendio flagret pectus: equidem amoris vehementissima flamma, ubi magis ac magis effulgurat in absentia.

Iam satis & plusquam satis est, sat usque probatur.

Nam mea mors veri testis amoris erit. Si amat, quò pacto moritur? Amoris pacto? Utrique. Parum in amore obsequij, ni moreretur amore. Si amat, vivit: potius vivet, si vehementius amaverit. Quanam ergo in studio eximie dilectionis, amoris Parca? Ipsa absentia, & oculorum fuga: apteque insignis dilectionis fides similis morti, qua videbatur conferenda vitæ; igitur rutilat Sponsi inextimabilis fides, cum Sponsam diligit vel in ipsa morte amoris.

14 Acris in amorem pugna ex bellatrix provenit absentia. Amor cogitat amplius (annunciate inter gentes studia eius) siquidem cum ex demonstrationibus clareat, unde amor fulgeat; absentia avulsi à sensibus totam animam, ut tota animà studiosius intenderet in Sponsam. Hæc mors vita est, quippe vita amoris mors: etenim maior amoris presentia, in corporis capta fuga; quoniam dum corpus absens, amor est præfens. Ratio suppetit. Ubi presentia rei amate, gaudium diligenti cordi: fruitur, quod sibi commodum: fugitque Sponsus, dicens amoris studium; quippe videretur amori Sponsæ subtrahere; quicquid sibi concederet fruitione;

mortique confert amorem, declarans amoris fidem; igitur ut sui non sit in amore, homo moriens non est sui. Ingenium charitatis aliquid in studio cogitatum, quod vividè exprimeret quantum charitatis ingenium: mortemque eligit in amoris emblemata, ut utriusque inter se similis clareant pretiosa discrimina: etenim si in morte manet corpus, & fugit animus; in amore vehementi corporis concepta fugã, magis in fide radicatur anima.

15 Symbolum huius amoris claret in Luna. Unde Apuleius de Deo Socrat. in init. inquit: Plena varia ignium face quanto longius accessit à Sole, tanto longius collustrata, pari incremento itineris & luminis. Hoc intuitu in Embl. Ioan. Oroz. subdit lemma: Clarior absens. Et Picinell. 1. Mund. Symbol. cap. 1. n. 253. Clarius elucet à longè. Iosephus amat: & fugere cogitat? Quia intensius amat. Amans in absentia clarior, quia tunc amor splendidior: magis præfens, dum corpus absens; quippe fulgurabat cum ampliore plenitudine lucis, in absentia atque fuga, quæ mors amoris. Non communis Iosephi dilectio, sed fortis, uti totius animæ conflagratio: & quid esset amor fortis non ostenderet, ni à Sponsæ dulci presentia præ amore fugeret. Acumen est Gregorij Magni. Expedit vobis, ut ego vadam (dixit discipulis Magister celestis) si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Expedit sanè vobis. Unde expedit? si corpus non subtraham (ait Doctor Egregius 2. Dialog. cap. ult.) quid sit amor Spiritus, non ostendo. Non de quolibet amore loquitur; sed de forti dilectione, ac de amoris magnitudine; quoniam Spiritus-Sanctus est amor essentialis & amor summus: eiusque absentia, dicte, quòd expedit illis; ut clarè videant similitatem amoris, qua lacet flamma, corporis fomite absentia: quidem nisi corpus subtraheret, quid esset amor summus, nunquam ostenderet. Presentia caret amor; sed abest amori nitore. Amans verè non solum querit lumen, sed splendorem: non solum intendit in flammam, sed in flammatarum vehementiam; quoniam eius lampades in huiusmodi incendium, lampades ignis atque flammatarum, ex quibus clarior absens, in morte flammatarum vivens: studetque Lunæ similis absentia, igitur amoris ignis clarius elucet à longè.

Ioan. 16. 7

Greg. Mag.

Dilectio magna notescit fuga.

Cant. 8. 6

16 Ita retulit Sponsus pectoris flammam; Sponsæ percutiens portam. Aperit

Cant. 5. 2.

mibi (clamat) Soror mea. Ostende mihi faciem tuam & gloriam meam. Illa respondit ictibus, quippe etsi dormiebat corpus, vigilabat animus. Ergo surrexit delectulo, ut aperiret Sponso; at ille declinaverat, atque transferat. O anima celesti Sponso devota; citò respondete pulsanti, & aperite: equidem dum pulsar; ne transeat, voci pectoris pulsus non respondendum vocabis, sed operibus. Non filius mandatum implevit, qui dixit patri: *Bo domine & non ivit.* Occurrit hic somnium, quod non somnium, etsi in somno, Imperatoris Galbæ. *Sumptà virili togà* (ait Tranquil. in eius *Vit. cap. 4.*) *somniavit fortunam dicentem, stare se ante fores desessam: & nisi ocyus reciperetur, cuiuscunque obvio præda futuram. Utque evigilavit, aperto atrio, simulachrum æneum Dea cubit ali maius iuxta limen invenit.* Ergo surgat, quem Deus vocat, ne fortuna simul transeat. Ille (ait Sponfa) *declinaverat, atque transferat.* Si transiturus, cur pulsar? Si declinanda Sponfa, quare vocat? Faciem videre intendit, & oculos fugit? Summum in amore quarit. Pulsare, ut Sponfam videat, indicat amoris flammam. Fugere, amoris vehementiam. Vocare, simplicem affectus motum: declinare, astuantis voluntatis excessum. Hispanicè: *Uno amor, otro fineza.* Unde Sponfam quam amans vocat, meditanter declinat; quoniam sine demonstratione fugientis, non Sponfa demonstraret excessum amoris cordis.

Math. 21. 30.

Sucton.

Abstentia rei amata, non est amoris ab sentia; sed fidei nota.

Non amor fugax, ubi fuga amoris fornax?

Ovid.

17. Ceterò. Ubi maius amoris periculum, maius amoris obsequium. Absentia est amoris inimica, uti noverca. Arrogantia Petri dicat, dum magna coram dilecto, etiam monitus de fragilitate, iactat: equidem qui præsens fervore ebullit, abfens penitus elanguit: & Sponfus dum Sponfam in conspectum vocat, Sponfa aspectum declinat; ut dicat amanti fuga, quanta inhareat cordi flamma: igitur in absentia morte fidei & amoris, perseverat in corde flagrantis amoris fides. Præsentia roborat amorem futilem, absentia confirmat fortem: & quod summè Sponfus appetit, in studium voluntatis summè fugit; quippe minimè amor fugax, ubi fuga amoris fornax. *Quid fugis, ut vincas?* *Ecce fugax Parthus, magni nova causa triumphi.*

Fugit, ut vincat, ne absentia amoris prævaleat. Fuga indicat non animi constantiam, sed languorem: præsentia vel ca-

dentis sit fulcimen: in triumphumque dilectionis eligitur fuga, tanquam amoris victoria; siquidem absentia ignis pectoris crescit, ubi aliorum flamma languet. Sponfus Sponfam vocat, olia pulsar, ut pateat amor: verum amoris deficiebat splendor; igitur si lucet præsens, clarior absfens. Clarius elucet à longè, qui lucet studet splendori flammæ: absentiamque dilectæ diligens Sponfus, aspectus fatagens quarit, & quam cupit amantiam studio fugit; quippequam non tam intendit cordis demonstrare speciem, quam flagrantis amoris splendorem.

18. Contemplemur igitur, an respondeat fides fidei in pectore sponfa. Fugam Sponfus capessiverat (amor excellens sagaverat) quod agrè ferens pectus Sponfa faucium, erupit in votum. *Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te foris, & deosculer te!* Alitè sedeat menti labor inquisitionis ex angustia anime. Quarite Deum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est: igitur anima inquisitionis excusaret angustiam, si opportune pulsanti Sponso aperuisset portam. Ergo venit in amplexus, amore ductus. Gratia magna! A propria trahitur innotà clementia. Nec mirum, quòd clemens eis occurrat, qui quærebant; quòd palam apparuit, vel qui non interrogabant. Fugit ille, & quod declinaverit, vulnus Sponfa: etenim ubi in corde amoris flamma, Dei Sponfi importabilis absentia. *Quis mihi det te?* Quæ absentiam cognoscit, surgit, per vicos, & plateas fugientem quarit: amor acuit sollicitudinem, & sollicitudo demonstravit amorem. Vel maior, in inquisitionem minor: etenim ut anima congruè quærat, nullum non lapidem moveat. *Quis mihi det te, ut inveniam te?* Invenit tandem revocatum per amorem. Quid inde tener amor? Quid præ gaudio intonat amantia vox? *Fuge dilectè mi.* Hoc in Sponfa conamen? Exprimit amorem fortem: igitur pectoris languet flamma, ni deur Sponfi fuga. Si absentem sollicitat, quare præsentem exoptat? Cupit præsentem, ut fugiat? Quid inquit, si fugacem percipit, quem iam habet? In inquisitione cordis protulit ignem, sed non fornacem. Fornax amoris absentia est. *Scilicet ut subvum spectatur in ignibus aurum.* *Illo opus: haud aliter ritè probandus amor.*

Etiam amoris periculum: imò aliquando ipsa mors; & dicit præ amore Sponfa: *Fuge,*

Ex fuga amoris splendore.

Cant. 8. 1.

Respondet anima & illic voci Dei

Absentia Dei, intolerabilis amanti.

Verf. 14.

Fornax amoris absentia.

Ovid. Oth. Vzn.

Quia amoris momenta ex fuga?

Fuga Iosephi amanti nequaquam est fuga amoris.

Pfal. 67. 13.

Hay. Mal.

ge, & *fuge dilectè mi*; ut probet absentia Sponfi fugientis, quanta fit in corde fides: igitur clarior & purior vel in absentia fornice. Absentia forti dilectioni non periculum, sed auri amoris momentum. Levis sanè flamma, quæ dilecti tantum nutritur præsentia. *Fuge dilectè*, ut dilectus videaris, estò fugeris: siquidem pretiosa cotricula fuga, qua micant altius amoris tacti momenta. *Fuge dilectè.* Mihi auctoritas, quòd fugias; quippe sine fuga rutilabit amor, sed amor nullus nitor. *Fuge*, ut amor micet, *dilectè*; quandoquè clarius elucet à longè: & ut tibi præsentior, absentia clarior. *Fuge dilectè.* Fugere quibus fecurè: equidem si fuga sepulchrum affectionis languidit pectoris; permanebit immortalis dilectio, quando adhuc vivit in absentia sepulchro. *Fuge*, ne timeas, *dilectè mi.* A charitate non separabit vel mors: equidem si absentia mutua oblivio charitatis; erit memoria etiam in terra oblivionis. O amoris nimij (si nimius amor in Sponsum) vitale ingenium, & nobile studium! Quarit, quòd fugiat, quem quarit; ut pretium tantum in amore demonstret: igitur flammæ clarebit excessus, modò inventus ab illa fugiat Sponfus.

19. Quis non cogitaret in fuga aversionem Iosephi? Qui vehementer sciret amare. Quis, inquam, non suspicaretur cordis fastidium? Qui ignoraret amoris ingenium. Fuga minuit amorem infantem, verum corroborat fortem. Fragilis flamma pectoris, si constaret è Virginis oculis; etiam à Virgine absentia & fugà, peritæ amoris constantia. Oblivio immet dilectæ, ex absentia toties probato discrimine. Amori Iosephi via plana, quæ alijs pericula. Charitas nunquam excidet, si absentia floret: quippe quantumvis pateat discrimini, erit memoria etiam in ipsa oblivione. Cogitandum erat aliquid novum, ut arctè amantem praverat studium. Quare (cùm extremum charitatis in Sponfam, uti amoris adversaricem, cogitaret absentiam, qua non solum flamma languet, sed ignis perit) ut perfectius tantæ consuloret dilectioni; matrem virginem, sponfam voluit dimittere. Optime se mihi offert pallogia specialis, utpotè acumen Davidis. *Dilecti dilecti*: ait. Alij apud Haye in Bibl. maxim. & Malucend. hic: *Fugerunt, Fugerunt.* Hæc est dilectio? & amoris magnitudo. Non est odium odij signum; sed amoris insignis monumentum: equidem cùm in dilecto-

rum mutua fuga luceat incendij, locique cordis vehementia; ut amor excellens cognosceret per signum, mutuo fugientes fugerunt. Huiusmodi phrasis per Epizucum, ut sepe vidimus, signat exaggerationem, sive hyperbolem. Q. d. *Dilecti, dilecti*, dilecti summè: summaque dilectio fugà exponitur, ut uti fumma exponatur: quandoquidem ubi cordium intensior flamma & flamma; in indicem fuga & fuga. Huc molimina Iosephi, corditus dilecti Virginis: igitur ut pectoris faucij posset promere flammam, voluit occultè dimittere eam. Alia aliàs. In Olympum amoris ab absentia brevior invenitur semita. In cælum celeri pervenit ille fugà: igitur cum fugà sit splendidior; dum fugit amans, immobilis stat amor. Sed quò fugiebat? In cor Virginis, quo quiescens habitabat? Ni se fugeret; quam fugiebat, in corde proprio inveniret. Mutuo se respiciunt: nec fugi, nec fugere possunt. Virgo vel inspecta comes (retorqueatur Ethnicus. 4. *Trist. Eleg. 4. verf. 2. 1.*)

Et comes exemplum veri Iosephi amoris: Qui duo corporibus, mentibus unus erant.

DIDASCALIA II.

Caietanus Doctor novus, & egregius.

1. Gloria mundi semper stultis & vana; quippe exterior semper gloria. Unde Gregorius Magn. lib. 33. in *Iob. cap. 3. inquit: Tantò apud semetipsos intus evanescent, quanto alii & nitidi exterius ostenduntur: quia dum ad exteriorem gloriam per Superficiem desistant; nulla intus firmitate solidantur. More quippe calami intus quidem per fastidiatum vacui; sed foris per speciem & ostentationem pulchri. Econtra verò celestis gloria, solida gloria, quia vera: & adinstar lilij quarentes, si exterius florent, interius pretiosius fulgent. Nec Salomon in omni gloria sua cooperus est, sicut unum ex istis. *Lilium cùm exteriore decore splendet, tum aureum intus ioseculum continet*: ait Theodoret. in *Cantic. 2. 1.* *Candor eius eximius, folijs foris striatis* (dicit Plinius lib. 21. cap. 5.) & ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Nulli storum celsitas cur adinstar moior. *Isodor, colorque duplex: & alius**

Non est amoris fastidium, sed studium.

Iosephus in corde Virginis & econtrà

Ovid.

Greg. Mag.

Gloria mundi vana, cæli vera.

Theod.

Plin.

Caietanus cur adinstar moior.